Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Contra Faustum.

in deum. Qui enim dixit: Qui credit in me veniat ad me et bibat, et flumina de ventre eius fluent aque vive, vitam etiam promisit. Quia ergo tale est quod promisit Spiritus Sancti caritate fluentibus, ideo ipsum spiritum noluit dare nisi cum esset glorificatus, ut in suo corpore ostenderet vitam quam modo non habemus, sed in resurrectione speramus. Aug. Sicut hoc enim erat ut non dum daretur Spiritus Sanctus, quia nondum fuerat Ihesus clarificatus. Procul dubio clarificato Ihesu iam enim erat ut staturi daretur. Cathafrigites autem se promissum paraclitum suscepisse dixerunt, et hinc a fide catholica deviaverunt Manichei. Et quod de promissione Spiritus Sancti dicitur de Manicheo asserunt esse predictum, tamquam scilicet antea non fuerit Spiritus datus. Crisostomus. Ut autem gloriam et crucem vocat. Quia enim inimici eramus, donum autem non inimicis sed amicis datur, oportebat prius offerri hostiam et inimicitiam in carne dissolvi, et tunc factos dei amicos suscipere donum.

Ex illa ergo hora turba cum audissent hos sermones eius dicebant: Hic est vere propheta. Alii dicebant: Hic est Christus. Quidam autem

Cum dominus — Aug. — invitasset credentes in se ad potandum Spiritum Sanctum, nata est de illo in turba dissensio. Unde dicitur: Ex illa ergo hora turba cum audisset hos sermones eius dicebant: Hic est vere propheta. Theophilus. Quem scilicet expectabant. Alii scilicet ipsius dicebant: Hic est Christus. Alcuinus. Iam isti illam sitim spiritualem haurire ceperant, iam sitim infidelitatis deposuerant. Alii in sue infidelitatis ariditate permanebant, de quibus subditur: Alii autem dicebant: N

autem dicebant: Numquid a Galylea venit Christus? Nonne scriptura dicit quia ex semine David et de Bethleem castello ubi erat David venit Christus? Dissensio itaque facta est propter eum in turba. Quidam autem ex eis volebant apprehendere eum, sed nemo misit

Numquid a Galylea venit Christus? Nonne scriptura dicit quia ex semine David et de Bethleem castello ubi erat David Christus venit? Noverant enim quid de Christo prophete dixissent, sed ignorabant omnia in ipso impleta fuisse, et quia noverant in Nazareth nutritum, nativitatis locum non attendebant. Unde prophetiam quam legebant in eo completam credebant. Crisostomus. Sed eius locum nativitatis ignorabant, quoniam ex domo et familia David natus erat. Quod ergo dicebant: Nonne ex semine David venit Christus? Sed propter hoc obumbrare volebant per educationem in Nazareth, omnia maliciose loquentes. Unde non accedunt ad Christum querentes quomodo scripture dicunt quod Bethleem oportet venire Christum, tu autem ex Galylea venisti; sed omnia maliciose loquuntur. Et quia non diligenter attendebant hec que dicebantur, nec discendi gratia, propterea nichil eis Christus respondit. Nathanaelem autem dicentem: A Nazareth potest aliquid boni esse?